M. Andreas Bagnowski Commentarium in Dialecticam.

2dò. Pro hiberno immediatè sequente semestri tradendam accepit
M. Nepomucenus Trąbski Pneumatologiam
M. Andreas Bagnowski continuationem Arithmetica Vulgaris.

Convocatio 6ta.

Anno 1776. Die 12. mensis Obris, extradita fuit Convocatio stylo & forma

ma solitis, ad audiendam petitionem unius Magistri Facultati Artistica incorporari volentis. Cui Convocationi dato loco incorporatus est Facultati Philosophica cum obligatione ad duos aut 9 absolvendos publicos M. Cantius Otpiński qui persolutis Juribus Cancellaria prostitit juramentum: super promovendo Bono Communi, & servandis Facultatis secretis.

Convocatio 7ma.

Anno et die eodem extradita fuit Convocatio stylo & forma solitis. 1mò Ad investiendum D. Decanum jam alias inante electum pro imminenti hiberno semestri. 2do Ad eligendos DD. Consiliarios Facultatis. 3tiò Ad eligendum D. Prodecanum. 4to Ad nominandum sive eligendum D. Decanum pro futuro æstivo semestri. Tum ad alia si quæ proponentur.

Ad 1mum Prescripto in Statutis recepto ac servato more investitus est in Decanum Facultatis Artistica pro imminenti semestri hiberno Illustris Clarissimus et Admodum Reverendus Dominus M. Petrus Rydulski suis titulis laudatus supra in Convocatione 4ma Decanatus hujus. in quo Ei DEUS benedicat.

In Nomine Domini, Amen.

Decanatus 2do

M. Petri Josephi Cantii Rydulski

Philæ Dñis, eisdemque Vladislaviani Pfnis, Collegæ Majoris, Ecclesiæ Cathedr. S. Annæ Canonici Zielenbergiani, Alumnorum Seminarii Academici Directoris, inter Artistarum Decani, ea quæ sequuntur definita ac declarata sunt per Conclusiones Inclytæ Facultatis Philicæ, et

fideli calamo, manuque propria Decani adnotata.

Convocatio 1ma.

Ao Dñi 1776. die 12. mensis Octobris.

Sub actu Convocationis per immediatum D. Decanum evocatis et celebratis, inveztitus et inauguratus in Facultatis Philosophicae Decanum pro imminenti Semestri Libertino, processi ad resolvenda sequentia Convocationis punctatim ordine illo, quo posita fuerunt: Et quidem

Ad 1dum. Electi sunt in Consiliarios Facultatis p. sal. va reservatione mihi Decano ex turno: ex Majori Artistarum Collegio Illñis Dñus adñ Rndus D. M. Andreas Enaezchelli Geometra juratus: ex Minori Artistarum Collegio Illñis Dñus adñ Rndus D. M. Nepomucenus Trębicki Phiæ Dr et Prfr, Collegiatus S. Annæ Canonicus.

Ad 2dum. Electus est in Pro-Decanum Facultatis pro imminenti Libertino Semestri Dñus adñ Rndus D. M. Mathias Tylkowski Phiæ Dr et Prfr, Collega Minor Vocatus.

Ad 4tum. Electus et nominatus est in Decanum Facultatis Artistarum pro futuro Semestri æstivo Dñus adñ Rndus D. M. Sigismundus Wolyński Phiæ Dr et Prfr, Collega Minor Vocatus, salva resignatione in tempore.

Sub puncto Tum ad alia. Audita petitione Illñis Dñi adñ Rndi M. Stanislai Matawański, Regularis Juris Prfris, Contubernii Jurisperitorum Senionis, per immediatum D. Decanum institutta, quatenus portio ex Margaritalibus pro suo in Philosophica Facultate præterito æstivo Semestri labore ipsum concernens: quæ ideo in Convocatione DD. Decanorum Facultatum ei non fuerat deligata, quia in tabula laborantium; quod errore factum est, et quo privatim

auspiciens sectionem, prætermissus erat in Libro Laborum inter legentes, non fuit perrectus: seiden exsolvatur: Inclyta Facultas Lidem Oratori favorabiliter annuendo, debitam portionem ex Loci Thesauro exsolvendam declaravit.

Absentes ab hac Convocatione fuerunt, Senillres AA. LLrum DD. M. Andreas Nechlewski, M. Franciscus Kolendowicz Collegæ Majores, qui tamen legitimè impediti fuerunt, MM. Ignatius Pawlusiewicz, Gaspar Gorayski, Stanislaus Krusczynski et Andreas Orlinski.

Convocatio 2da.

Anno Dñi 1776. die 19. 8bris.

Extradita fuit Convocatio Styli et formæ solitæ, ad auspiendas et ordine horas cum Lectoriis pro Lectionibus per Cl. et Exc. DD. Phiæ Drem et Prfm instantis hiberno Semestri tradendis. Cui Convocationi dato loco, præmisit suam Paternam Adhortationem Magnificus Dñus Rector, Senillris et Rndmus D. M. Andreas Lipienski S. J. V. Dr et Prfr, Cath. Crac Canonicus Sr. qua attentè assultata, acceptæ sunt Horæ cum Lectoriis servato debito ordine, et antiqua consuetudine.

Convocatio 3tia.

Annô Domini 1776. die 8. 9bris.

Extradita fuit Convocatio Excellentium Magistrorum Extraneorum, necnon Venerabilium 2dæ Laureæ Candidatorum, AA. LL. et Phiæ Baccalaureorum, ad determinandum Lectiones inchoato præsenti Semestri hiberno per eosdem juxta præscriptum Ordinationis Facultatis nostræ audiendas. Cui Convocationi, invitatis duntaxat DD. Consiliariis Facultatis; dato loco, omnes DD. Magistri, Candidati et Bac-

calaurei in eadem Convocatione Ptentes determinarunt se ad Lectiones audiendas, de et super quo plena habetur informatio in Libris Laborum. A qua tamen Convocatione absentes fuerunt Excellentes MM. Antonius Komorowski, Sebastianus Czaputowicz, Vincentius Smaczninski, Gaspar Gorayski, Andreas Krzcinski, Adalbertus Rygalski, Felix Radwanski, Joannes Zielenski, Venerabiles Josephus Moranski, Joannes Topczewski, Antonius Fidowicz, Laurentius Lojewski, Augustinus Filipowski, et Jacobus Sadowski, tum Stanislaus Justkowski, quorum nonnulli postea privatum in Residentia Decani, data excusatione absentiæ, alii ad suum officium citati ac judicati, sese ad audiendas Lectiones determinarunt, prout videre est in memorato Laborum Libro: M. Gaspar Gorayski et V. Justkowski ob infirmitatem exempti.

Convocatio 4ta.

Extradita fuit A°. D. 1776. die 14. Xbris Convocatio, stylo et forma solitis, ad respondendum de Liderio D. Joannis Ludovici Jorien, Natione Galli, Artium et Philosophiæ Laurea in A.A. LL. et Philosophia initiari volut.

Cui Convocationi, auscultatis per Decanum expositis extraordinarie extradendæ motivis, data loco, Facultas unanimi voto concessit in hunc modum:

Quandoquidem Facultas Philosophica, aliarum Artium Facultatum, partium suarum interesse intelligit, ut indies subjectis per Labores Literarios Bono publico profuturis augeri possit, hinc est, quod Labendo Sibi commendatum D. Joannem Ludovicum Jorien, Natione Gallum, etiam in hisce Comitiis extraordinem, ac in eum diem ad finem celebratis in gremium sui receperit et

atque prærogativâ docendi publicè Linguam Gallicam decoraret; et eo quidem libentiùs, quòd contentus obventionibus à privata Alumnorum in ejus modi idiomate institutione, nullum aliud Salarium deposcat, quo etiam et alii Linguarum Professores à tempore exorta circa Beneficium Velicrense controversiâ destituti sunt; verùm quia prædictus D. Joannes Ludovicus Jorien Artium Sui legitimi, morum ac honestè conversationis sufficientia Testimonia non exhibuit, idcirco rum voti ejus deferendum sit, ulteriori deliberationi relinquendum esse eadem Facultas censuit. In eadem Convocatione reservatus est locus M. Laurentio Gleibinstio ad aulâ commorantio.

CONVOCATIO 3ia.

Annô Domini 1777. die 15. Februarii

Extradita fuit Convocatio forma et stylo solitis: 1° ad videndum præsentari quosdam Juvenes heri jam tentatos, examenque aperiendum ad obtinendam per eos primam Lauream in bonis disciplinis. 2° ad eligendum DD. Examinatores eorumdem Juvenum examen Baccalaureatûs subire volentium. Cui Convocationi dato et unanimi consensu loco:

Ad Imum. Præsentati sunt septem Juvenes, iisdemq; examen est apertum.

Ad Idem. Electi sunt DD. Examinatores eorumdem Juvenum, et quidem Cerillus Cl. et A. R. D. M. Franciscus Kolendorff Scholasticus, ri reservationis sibi factæ et admissæ die 16. Martii ad Idus et Majus; et Illmus Cl. ac a. R. D. M. Nepomucenus Frob. Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ Canonicus, et Minori Artistarum Collegio.

Convocatio 6ta. aliàs 4ta.

Anno Domini 1776. die 19. Novembris.

Extradita fuit Convocatio CC. DD. de Piseo participantium stylo et forma solitis; cui concordi Linguarum voce dato loco; fecit Rationes Perceptorum et Expensorum de peculio Celi Facultatis antecedaneus D. Decanus, quæ prinde uti rite et exacte confectæ, in concilio tenenti sunt approbatæ. De fisco verò nulla facta est Dismembratio, ex quo Semestri immediatè præterito nullus hinc Laurea Candidatus fuerit, anteriorisve ordinis Candidati nondum in toto fiscum persolverint.

Convocatio 1ma.

Anno Domini 1777. die 12. Martii

Extradita fuit Convocatio publica Facultatis formâ et stylo solitis ad accipiendum ex ordine Lectiones illas biennales, quæ uno abhinc anno legendæ erunt, tum ad alias, si quas permutare, aut de novo accipere vacantes contigerit. Cui Convocationi dato loco

Lectiones biennales sequentes acceperunt:

M. Adamus Jagielski continuationem hinc class. Math.

M. Josephus Izabel Idam classem Matheseos.

M. Andreas Znaiezhski Ilian classem Matheseos.

M. Josephus Meyzel Continuat. Ilii classis Mathes.

M. Andreas Przinski Iman classem Matheseos.

M. Egidius Treffler continuat. 4ta classis Mathes.

M. Vincentius Smaczniński Ilian Eclecticam.

Ex vacantibus verò de novo acceperunt et permutarunt:
M. Petrus Rybulskii de motu locali, & æquilibrio Corpor.
M. Andreas Czuelii Ethicam.
M. Mathias Tylkowskii Commentarium in Ideam.
M. Sebastianus Czaputowicz Meteorologiam.
M. Adalbertus Michorskii Terminos Distrum.
M. Vincentius Smaczninskii Pneumatologiam.
M. Andreas Cyankiewicz de Structura Terraque.
M. Gaspar Gerayskii Historiam Phicè.
M. Carolus Ways Macrocosmologiam.
M. Nicolaus Abedzinskii Rhetoricam Sacram.
M. Andreas Orlowskii Continuat. Class. IIdæ.
M. Egidius Treffler Classem IIIam Mathesees.
M. Antonius Abrahamowicz Algebram inchoandam
M. Barthalom. Karowskii Arithmeticam vulgarem.
M. Adalbertus Rygalskii Politicam.
M. Felix Radwanskii Architecturam.
M. Joannes Sniadeckii Continuationem Algebræ:
Præsentibus omnibus, M. Antonio Komorowskio Exaptō.

Convocatio 8va.

Ao 1777. die Sabbati 19 Mensis Aprilis celebrata fuit Convocatio Facultatis ad videndum præsentari Personas pro Baccalaureatûs jam in Scholis examinatas, et privatim ante octiduum susceptas: item ad determinandum et finaliter concludendum de admissione earundem, ac eligendum D. Promotorem. Cui Convocationi dato loco, præsentati sunt Juvenes jam examinati, et in locos suos dispositi, definitumque est de admissione eorum et conclusum, ac

in Promotorem ego praesentaneus Decanus et unanimi consensu omnium sum electus. Praesentibus omnibus Philosophicae Facultatis Magistris, Doctoribus et Professoribus Incorporatis.

Convocatio 9na.

Ao 1777. die eadem Sabbati 19. Mensis Aprilis.

1o ad investiendum D. Decanum pro imminenti aestivo Semestri jam aliàs in ante electum. 2o ad eligendos DD. Consiliarios Inclytae Facultatis Philosophicae. 3o ad eligendum D. Pro-Decanum Facultatis. 4o ad nominandum sive eligendum D. Decanum Facultatis pro futuro Semestri hiberno.

Cui Convocationi et unanimi consensu datâ locô investitus est uti ad Imum in Decanum Illustris Armus adm Rndus D. M. Sigismundus Wtyński Phild Drⁿ et Prof. Tyliciani, Collega Minor, Ecclesiae Parochialis in Biały Kościoł Curatus, quod ipsi felix faustumque sit. DEO Gratias.

In Nomine Domini Amen
Decanatu Imo

M. Sigismundi Alexandri Natalez Wtyński Philosophiae Doctoris & Tylicciani Eloquentiae Professoris Collega Minoris, in Biały Kościoł Curati, interea Artistarum Decani, ea, quae sequuntur definita & declarata sunt per Conclusiones Inclitae Facultatis Philosophicae, manuque propria Decani pro informatione adnotata.

Convoc: it.

Convocatio 1ma.

Annô Domini 1777 die 19 mensis Aprilis.

Sub Actu Convocationis per immediatum Decanum extradita & celebrata investitus & inauguratus in Facultatis Philosophica Decanum pro imminenti semestri æstivo processi ad resolvenda sequentia Convocationis Puncta, ordine illo, quo posita fuerunt. Et quidem Ad 2dum. Electi sunt in Consiliarios Facultatis s: salva reservatione mihi Decano ex turno ex majori Artistarum Collegio, idque vigore reservationis Pervill: ac Adm Rndus D. M. Petrus Rydulski Phiæ Doctor & Regius Professor, Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ Cancellarius & Clmus D. M Josephus Meyzel Phiæ Doctor Matheseos Professor, Contubernii Regio-Jagelloniani Senior ex minori Artistarum Collegio. Ad 3tium Electus est in Pro-decanum Facultatis pro imminenti æstivo semestri Excell: ac Doctmus D. M. Vincentius Smaczninski Phiæ Dr & Pfr. Collega minor Vocatus. Ad 4tum. Electus & nominatus est in Decanum Facultatis Artistarum pro futuro semestri hiberno Ill: Cl: & adm Rndus D. M. Nepomucenus Trębski Phiæ Dr & Pfr Collega Major Vocatus Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ Canonicus, quod illi felix faustumque sit.

Convocatio 2da.

Annô Domini 1777mo Die 20 mensis Aprilis. Extradita fuit Convocatio, formâ & stylô solitis ad accipiendas ex ordine horas cum Lectoriis pro Lectionibus per. CC. ac Excel: DD. Phiæ Doctores & Professores instanti æstivô semestri tradendis.

Cui

Cui Convocationi datõ locõ prædmisit suam Paternam Cohortationem Magnificus Perillustris ac Reverendmus D Th. Andreas Lipiewicz J. U. D. & Pfr. Ecclesiæ Catedralis Cracovien Canonicus &c: interea Universitatis Rector, qua attente auscultata, acceptæ sunt hora cum Lectoriis debito ordine & consuetudine servatis. In absentia solius Exi Th. Stanislai Kruszynski Phiæ Dris & Pfris, qui tamen suam absentiam legitimavit.

Convocatio 3tia.

Annõ Dni 1744. d 21. Maji. Data fuit Convocatio forma & stylo solitis. 1mo. Ad audiendam rationem de pecuniis per D. Decanum præcedentem & DD. Fiscarios perceptis, & capiendam partem Fisci, si & in quantum se ad id extenderit Labilem. 2do. Ad audiendam petitionem cujusdam Magistri, se ad participationem Fisci admitti optantis. Huic itaque Convocationi dato loco, rationes de pecuniis per D. Decanum præcedentem perceptis & expensis facta sunt, & unusquisque tulit partem de Fisco se se concernentem. Ad 2dum. Ego Th. Sigismundus Wtynski admissus sum ad participationem Fisci absque solemni petitione, uti & tanquam Facultatis Decanus, per factam mihi oblationem grossi. Pro quo favore debitam gratiarum actionem institui.

Convocatio 4ta.

Anno & Die ut supra celebrata fuit Convocatio ad audiendam petitionem DD. Licentiatorum, ad ultimam determinationem admitti postulantium, tum ad eligendum ipsis Promotorem & Fiscarium. Cui Convocationi datõ locõ audita est petitio DD. Licentiatorum, quibus.

quibus in Promotorem electus est Perill: Clmg Adnus Andreas D. Th. Stanislaus Kolendowicz Phiæ Dr & Pfr. Collega Major Collegiatæ S. Annæ Scholasticus. In Fiscarium verò Perill: Th. Nepomucenus Trąbski Phiæ Dr & Pfr. Collegiatæ S. Annæ Canonicus &c.

Convocatio 5ta.

Anno ac Die quo supra celebrata fuit Convocatio CC. DD. Magistrorum Extraneorum & VV. DD. A.A.LL. & Phiæ Baccalaureorum ad determinandas Lectiones præsente semestri æstivo per eosdem juxta præscriptum Ordinationis Novellæ audiendas. Cui Convocationi (invitatis duntaxat Consiliariis Facultatis) dato loco omnes DD. Magistri & Baccalaurei in eadem Convocatione præsentes determinarunt se ad Lectiones audiendas sicut habetur in Libris Laborum.

Ab hac Convocatione absentes fuerunt CC. DD. Magistri Adalbertus Michonski, Vincentius Smaczynski: Andreas Cyankiewicz. Dr Mathias Brachucki, Gaspar Gorayski, Adalbertus Sokołowski, Carolus Weiss, Andreas Trącinski: Aegidius Trefler.

Convocatio 6ta.

Anno Domini 1777. Die vero 30 Mensis Septembris, Divo Hieronymo sacra, celebrata fuit Convocatio forma & stylo solitis 1mo. Ad accipiendas Lectiones pro instanti Commutatione Hiberna vacantes. 2do. Ad accipiendas eodem ordine Lectiones annuas, pro æstivo futuro semestri in Anno Domini 1778vo tradendas 3tio Ad resolvendum Punctum ex superiori Convocatione dilatum. Tum ad alia, si qua proponentur. Cui Convocationi dato loco

Ad 1mum. Pro Commutatione futura hiberna accepit tradendam Algebram Th. Vincentius Karczewski:

Ad 2dum. Pro Anno futuro 1778vo æstivo semestri inchoando acceptæ sunt Lectiones ordine quo sequuntur:

Th.

M. Petrus Rydulski accepit Continuationem Lectionis
de motu Locali & Æquilibrio Corporum.
M. Andreas Czucki. Meteorologiam.
M. Mathias Tylkowski. Pneumatologiam.
M. Bonifacius Garycki. Commentarium in Dialecticam.
M. Andreas Cyankiewicz Ethicam.
M. Adalbertus Trichonski. Politicam.
M. Vincentius Smaczninski. Eclecticam.
M. Mathias Brachucki Rhetoricam sacram.
M. Adalbertus Sokołowski Macrocosmologiam.
M. Carolus Weyss. De sensu & Sensibili
M. Nicolaus Studzinski. De Animalibus & Plantis.
M. Josephus Wilkaszowski Historiam Regni.
M. Bartholo: Karonski Classem Amans Mathematum.
M. Adalbertus Rygalski Microcosmologiam.
M. Josephus Kromer Algebram.
M. Stanislaus Stocki De Structura Terraqua.
M. Laurent: Lojowski Arithmeticam in Integris & Fractis.
Ad 3tium. Idem Punctum similiter dilatum est.

Ab hac Convocatione Absentes fuerunt EE. DD. Magistri: Antonius Komorowski Sebastianus Czaputowicz. Josephus Murzynski, Gaspar Gorayski, M. Cantus Olpinski. Andreas Trzcinski, Antonius Murzynski, Felix Radwanski. Joannes Sniadecki. Reliqui suam absentiam legitimârunt.

Convocatio 7ma.

Anno Domini 1777. 4 Kt. Mensis octobris extradita fuit Convocatio stylo & forma solitis: 1mo Ad investiendum D. Decanum, jam alias in ante electum pro imminenti hiberno semestri 2do. Ad eligendos DD. Consiliarios Facultatis Philosophicæ 3tio. Ad eligendum D. Prodecanum. 4to Ad nominandum sive eligendum D. Decanum pro futuro estivo semestri. Tum ad alia, si qua proponentur. Cui Convocationi ea unanimi consensu Omnium dato loco.

Ad. 1mum

Ad Imum. Prascripto in Statutis servato more investitus est in Decanum Facultatis Philosophicæ Perillustris Clmus ac Admodum Reverendus D. Th. Nepomucenus Trąbski Philosophiæ Doctor, Cursus Vladislaviani Professor, Collega Major, Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ Canonicus: quem comitetur salus, pax atq; Dei benedictio.

In Nomine Domini Amen.

Decanatu 2do.

M. Joannis Nepomuceni Martini Trąbski Phiæ Doctoris, ejusdemq; Vladislaviani Professoris, Collega Majoris, Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ Canonici Zielopolsciani, interea Artistar Decani, ea quæ sequunt, per Conclusiones Inclytæ Facultatis Philosophicæ definita et declarata, fideli calamo, manuq; propria sui interea Decani ad notitiam Posterorum adnotata sunt.

Convocatio 1ma.

Anno Domini 1777. Die 10. Octobris

Sub actu Convocationis per immediatum D. Decanum extradito et celebrato, investitus et inauguratus in Decanum Facultatis Philosophicæ pro imminenti semestri hiberno, processi ad resolvenda sequentia Convocationis puncta, eo ordine quo erant extradita. Et quidem

Ad 2m Electi sunt in Consiliarios Facultatis ex Majori Collegio Perillustris Clmus A. R. D. M. Josephus Szabel Phiæ Dr ejusq; et Matheseos Regius Prfr, Ecclesiar: Collegiatar Sandecen Primicerius, S. Annæ Archidiaconus, Collegialis Ilkusien Propositus. ex Minori vero Collegio ut q; vigore reservationis loci Illris Clmus et A. R. D. M. Sigismundus Wyżński Phiæ Dr et Prfr Orator Tyliciensis.

Ad 3m Electus est in Pro-Decanum Facultatis pro imminenti hiberno semestri Illris Clmus A. R. D. M. Bonifacius Garycki Phiæ Dr et Prfr, SS. OO. Szeflerovianus Canonicus, Collega Minor.

Ad 4m Electus et nominatus est in Decanum Facultatis pro futuro semestri æstivo Carissimus D. M. Josephus Meyzel. Phiæ Dr, Matheseos Prfr Collega Minor, Contubernii Jagelloniani Senior.

Convocatio

Convocatio 2da.

Annô ut supra Q. 12. Obris. Extradita fuit Convocatio forma et stylo solitis, ad accipiendas ex ordine horas cum Lectoriis pro instanti Commutatione hiberna tradendis Lectionibus.

Cui Convocationi dato loco promisit Paternam adhortationem Magnificus Perillris Rndmus Dominus M. Antonius Zoltedziowski U.J. et Sae Thiae Dr et Pfr, Collegii Majoris Senior Pater, Ecclesiarum Cathedralis Cracovien Canonicus, Visticien Scholasticus & Studii Generalis Cracoviensis Rector. qua attente auscultata accepta sunt hora cum Lectoriis servato debito ordine et antiqua consvetudine.

Convocatio 3tia.

Annô ut supra Q. 12. Obris data è Convocatio Extraordinaria forma et stylo solitis, ad delegandas Personas ex Corpore Facultatis in ordine ad conferendum cum Illmo Rndmo Visitatore circa Reformationem Facultatis Philosophicae.

Cui Convocationi dato loco ad idem negotium delegati sunt Perill. Dnus Decanus, Consiliarii et M. Petrus Rydulski S. Annae Cancellarius.

Convocatio 4ta.

Annô ut supra Q. 15. 9bris Extradita fuit Convocatio Excellm Magistror Extraneor, necnon VV. AA. LL et Phiae Baccalaureorum ad determinandum Lectiones inchoato presenti semestri hiberno per eosdem justa proscriptum Ordinationis Nostrae Facultatis audiendas

Cui Convocationi, invitatis duntaxat DD. Consiliariis Facultatis, dato loco, omnes DD. Magistri et Baccalaurei in eadem Convocatione presentes determinaverunt se ad Lectiones audiendas; de quo plena habetur informatio in Libris Laborum. A qua tamen Convocatione absentes fuerunt Excellentes DD. MM. Antonius Komorowski, Adalbertus Michoński, Gaspar Gorayski, Carolus Weys, Egidius Trefler, Josephus Wilkoszowski, Bartholomeus Karonski, Felix Radwański, Adalbertus Rygalski Josephus Kromer, & VV. Joannes Topczewski, Andreas Kocimski, Stanislaus Juszkowski Nicolaus Ligęzinski, Jacobus Majewski Josephus Florkowski, Joannes Rhembertowicz

bertowicz, Josephus Fixtler, Franciscus Scheidt, Thomas Padelski:
sed V. Rhembertowicz Legitimavit suam absentiam.

Convocatio 5ta.

Annô ùt supra 8 19. Mensis 9bris celebrata est Convocatio, quo ad duo priora puncta omnium DD. Doctor & Magistror utriusq; duntaxat Collegii, quo ad 3tium ipsorum ~~dus~~ CC. DD. de Fisco participantium. Extradita autem fuit 8 17. 9bris stylo et forma solitis, super his punctis: 1mo Ad dandum consilium, et quidem melius in scripto, an facta moderna cursûs Studiorum ordinatione, Decanus in annum vel semestre eligendus sit? et si in semestre, a quo tempore regimen ejus incipere et quando desinere debeat? 2do. ad consulendum de tempore pro Examinibus Juvenũ ad Lauream aspirantium. 3tio. Ad audiendam rationem de pecuniis per D. Decanum procedentem et D. Fiscarium perceptis et ad tollendâ partem Fisci si et inquantum se ad id sentit habilem.

Cui Convocationi dato Loco. Ad 1mum Trutinatis variis rationib; conclusum tandem est duos debere in Annum eligi Decanos quorum quivis quinq; mensium spatiô præerit Facultati. Et cùm initium Anni Scholastici Dies 1ma Mensis Octobris sit designata, idcirco ante vel post Festum Sc̃æ Margaritæ peragetur Convocatio, in qua ex majori Collegio Decanus inante electus investiet, et alter ex minori eligetur. investitusq; regimen suum incipiet, quod durabit ad Sabbatum ante Dominicã Quinquagesimæ. Dictô autem Sabbatô iterum celebrabitur Convocatio ad inante electum investiendum, et alterum eligendum Decanum, unde investiti regimen ad Festũ S. Margaritæ protendet. Hac dispositione manente Decanus ex majori Collegio habebit Disputationum actus ordinarios 16. v 17. Decanus verò ex Minori 13.

Ad 2dm Examini Juvenum ad Laurcam aspirantium tempus aptius visum est à Festo S. Thomæ Apostoli ad Festum Epiphanior. sed et Decano ex Collegio Minori, si adsint aspirantes, n̄ admittitur ~~tempus~~ potestas examen instituendi.

Ad 3tiam Fecit rationes perceptorum et expensorum de peculio Acti

Facul-

Facultatis antecedaneus D. Decanus, quo uti exacte confecta in continenti sunt approbata. Per me quoq; M. Nepomucenum Trębski uti Fiscarium facta sunt rationes de pecunia percepta, cuius uniuiq; ad id habili debita portio cessit. Pariter et per Albrum Wlyński immediatum Decanum uti Fiscarium unius Baccalaurei facta sunt rationes et accurata illius summa distributio.

Convocatio 6ta.

Anno Dñi 1776. 9 5. Februarii celebrata est Convocatio data stylo et forma solitis super seqq. 1o Ad videndum presentari quosdam Juvenes heri jam tentatos, examenq; aperiendum in ordine ad obtinendam per eos Annam Lauream. 2o Ad eligendum DD. Examinatores dictor Juvenum examinari postulantium. Cui Convocationi ex unanimi consensu dato loco:

Ad 1um Presentati sunt 7 Juvenes iisdemq; examen est apertum.

Ad 2um Electi sunt Examinatores eorundem Juvenum ex Collegio Majori Perillris Cl. M. Andreas Znaczekski salva reservatione loci presentis Decani quem turnus tangebat. ex Minori Illris Cl. M. Sigismundus Wlyński.

Convocatio 7ma.

Ao 1776. 9 12 Martii celebrata est Convocatio ad accipiendo ex ordine Lectiones biennales, quo uno à sequenti Octobri anno inchoande erunt, tum ad alias, si quas permutare aut de novo accipere vacantes contigerit. Cui Convocationi dato loco

Lectiones Biennales sequentes acceperunt:

M. Adamus Jagielski Classem 2dam Matheseos.
M. Josephus Szabel continuationem Classis 2do.
M. Andreas Znaczekski continuatione 3tio.
M. Josephus Meyzel Classem 4tam.
M. Ogrinus Treffler Classem 5tam.

Convocatio 8va.

Rō et die ūt supra. Celebrata fuit Convocatio Facultatis ad videndum prosentari Personas pro gradu Baccalaureatûs in Artibus jam examinatas et privatim ante octiduum susceptas, item ad determinandum et finaliter concludendum de admissione earundem ac eligendum D. Promotorem. Cui Convocationi dato loco:

Prosentati sunt 9. Juvenes jam examinati et in locos suos disposti, conclusumq; est de admissione eorum, ac in Promotorem ego prosentaneus Decanus ex unanimi consensu omnium sum electus. Prosentibûs omnibus Philosophico Facultatis Magistris Doctoribus et Professoribus incorporatis.

Convocatio 9na.

Aō Dñi 1720. Q. 11. Aprilîs fuit extradita stylo et forma solitis ad audiendam petitionem quorundam Magistrorum Facultati Artistico incorporari volentium Cui Convocationi dato loco incorporati sunt Facultati Philosophicæ salvîs salvandis cum obligatione ad duos Actus absolvendos publicos, sequentes: M M. Michäel Kaminski, Antonius Muszynski, Josephus Wilkoszowski, Hyacinthus Przybylski, Bartholomæus Haronski, Adalbertus Rygalski, Felix Radwański Joannes Sniadecki, Andreas Bagnowski. Ex quibus absentes M M. Michäel Kaminski, Hyacinthus Przybylski et Andreas Bagnowski necdum Jura Cancellaria persolverunt et juramentum fecerunt.

Anno et Die iisdem extradita fuit altera Convocatio Stylo et forma solitis Imo ad investiendum D. Decanum pro imminenti æstivo semestri jam aliàs inante electum. 2do ad eligendos DD. Consiliarios Facultatis Philosophicæ. 3tio. Ad eligendum D. Pro-Decanum Facultatis. / 4tum Punctum extradi in hac Convocāe ultima solitum, ptermissum est, ob notas Inclytæ Facultati rationes/

Tum ad

Tum ad alia si quæ proponentur.

Cui Convocationi ex unanimi consensu dato Loco Ad Imum Prescripto in Statutis more investitus est in Decanum Facultatis Artisticæ Clarissimus Dñus M. Josephus Meyzel Phiæ Dr, Mathesecos Pfr, Collega Minor, Contubernii Jagellonici Senior, Cui opportuna Dei auxilia ex animo precor.

In Nomine Domini Amen.

Decanatu Imo.

M. Josephi Meyzel Phiæ Doctoris ejusdemq; et Matheseos Professoris, Collegæ Minoris, Contubernii Regio-Jagellonici Senioris, interea Artistarum Decani, ea quæ sequuntur, per Conclusiones Inclytæ Facultatis Philosophicæ definita ac declarata fideli calamo, manuq; propria sui interea Decani adnotata sunt.

Convocatio Ima.

Annô Domini 1778. die 11. Mensis Aprilis

Sub Actu Convocationis per immediatum Decanum extraditæ et celebratæ investitus et inauguratus in Decanum Facultatis Philosophicæ pro imminenti æstivo processi ad resolvenda sequentia Convocationis puncta, ordine illo quo posita fuerunt. Et quidem

Ad 2dum Electi sunt in Consiliarios Facultatis ex Majori Artistarum Collegio Perillu: Clmus atq; Rndus D. M. Franciscus Stanislaus Klendowicz Phiæ Dtr ejusdemq; Regius Professor, Ecclesiarum Collegiatarum Visliciensis Decanus, Stæ Annæ Scholasticus, Parochialium in Stryszow et Klecza Curatus &c. ex Minori verò Collegio Clmus D. M. Andreas Zucki Phiæ Dtr et Professor Universitatis Syndicus.

Ad 3tium Electus est in Pro-Decanum Facultatis pro imminenti æstivo semestri Excell: ac Doctmus D. M. Mathias Brachucki Phiæ Dtr et Pfr Scholæ Stæ Floriani Senior. Absentes ab hac Convocatione fuerunt Carissimi D. D. M. Andreas Zucki, et M. Vincentig Smaczniński Colle:

Collegæ Minores.

Convocatio 2da.

Annô Domini 1778. die 26. Aprilis. Extradita fuit Convocatio forma et stylo solitis ad accipiendas ex ordine horas cum Lectoriis pro Lectionibus per C.C ac Excel: D.D. Phiæ Doctores et Professores instanti æstivo Semestrî tradendis.

Cui Convocationi dato loco præmisit suam Paternam Cohortationem Magnificus Perillustris ac Reverendus D. M. Antonius Zbtedziowski U.J. et Sæ Thiæ Dr et Prfr Collegii Majoris Senior Pater, Ecclesiarum Cathedralis Cracovien Canonicus, Vislicien Scholasticus & Studii Generalis Cracoviensis Rector qua attentè auscultata, acceptæ sunt horæ cum Lectoriis debito ordine et consuetudine servatis.

Ab hac Convocatione absentes fuerunt M. Andreas Cłucki, M. Bonifacius Garycki, M. Vincentius Smaczniński, M. Felix Radwański, M. Bartholomæus Karoński.

Convocatio 3tia.

Annô ùt suprà die 16. Maji celebrata fuit Convocatio EE. DD. Magistrorum Extraneorum et VV. DD. AA. LL. et Phiæ Baccalaureorum ad determinandas lectiones præsente semestri æstivo per eosdem juxta præscriptum Ordinationis Novellæ audiendas tum ad producendas lectiones præteritô semestrî hyberno auditas et in Actu Commissionis nondum productas. Cui Convocationi ſ: invitatis duntaxat Consiliariis Facultatis) dato loco, omnes DD. Magistri et Baccalaurei in eadem Convocatione præsentes determinârunt se ad lectiones audiendas, V. Thomas Polański lectiones produxit reliqui EE. DD. Magistri et Baccalaurei non produxerunt, ùt habetur ibi Libris laborum.

Ab hac Convocatione Absentes fuerunt EE. DD. Magistri

Adal:

Adalbertus Michoński Mathias Brachucki Laurentius Skibiński Adalbertus Sokołowski Carolus Weiss, Nicolaus Studziński Egidius Treffler Bartholomæus Karoński, Felix Radwański, Antonius Szaster, Vincentius Karczewski, Stanislaus Stocki, et VV. DD. Baccalaurei, Joannes Mokrzewski, Andreas Kocimski Vincentius Płaszyński, Nicolaus Liggziński Gabriel Witowski Jacobus Maiewski, Matthæus Wytyśkiewicz, Josephus Sottykowicz, Josephus Girtler, Franciscus Scheidt, Thomas Geloneck, Gabriel Wątrobka, Josephus Zarębski.

Convocatio 4ta.

Annô Domini 1778. die 10. Junii. data fuit Convocatio forma et stylo solitis. Imô ad audiendam rationem de pecuniis per D. Decanum præcedentem unaq Fisca: rium perceptis et ad tollendam partem Fisci, si et inquantum se ad id sentit habilem. 2dô ad audiendam petitionem cujusdam Magistri, se ad participationem Fisci admitti o: stantis. Huic itaque Convocationi dato loco rationes de pecuniis per D. Decanum præcedentem perceptis et expensis factæ sunt et unus quisque tulit partem de Fisco se se contingentem. Ad 2dum Ego M. Josephus Meyzel admissus sum ad participationem Fisci absque solemni petitione uti et tanquam Facultatis Decanus per factam mihi oblationem grossi. Pro quo favore debitam gratiarum actionem constitui.

Convocatio 5ta.

Annô Domini 1778. die 29. Julii extradita fuit Convocatio stylo et forma solitis. Imô ad eligendum et investiendum D. Decanum pro futuro anno Scholastico. 2dô ad eligendos DD. Consiliarios Facultatis Philosophicæ. 3tiô ad accipiendas Lectiones futuro anno Scholastico tradendas.

Cui Convocationi ex unanimi consensu omnium dato loco. Ad Imum Electus et investitus est in Decanum Facultatis

cultatis Philosophicæ Perillustris Clmus ac Adm. Rdus D. M. Franciscus Stanislaus Kolendowicz Phiæ Dtr ejusdemq; Regius Professor, Ecclesiarum Collegiatarum Vislicensis Decanus, Sc Annæ Scholasticus, Parochialium in Stryszow et Klecza Curatus, Collega Major, quem comitetur salus, pax atque Dei benedictio.

In Nomine Domini Amen.

Decanatu Tertio.

qui cum olim semestris esset ad hæc tempora, nunc primo post inductam præparationem ad futuram Generalem Reformationem Studiorum Facultatis Philosophicæ ex Dispositione Supremi Educationis Regni Magistratus, it in Convocatione Boni Ordinis descriptum est, annus esse cepit.

M. Francisci Stanislai Kostka Kolendowicz

it supra, ea quæ sequuntur, per Conclusiones Inclytæ Facultatis Philosophicæ definita, & declarata, atque fideli calamo, manuque propria sui interea Decani ad memoriam posteritatis & informationem, sunt annotata.

Convocatio 1ma.

Sub Actu Convocationis per immediatum Decanum extraditæ ac celebratæ, electus, investitus & inauguratus in Decanum Facultatis Philosophicæ pro futuro Anno Scholastico. Normali processi ad resolvenda sequentia Convocationis puncta. Et quidem.

Ad 2dum electi sunt in Consiliarios Facultatis Philo-
sophicæ ex Collegio Majori Il. Cl. & A. R. D. N. Joannes Ne-
pomucenus Trąbski Philosophiæ Dr, ejusdemque ac Historiæ
Naturalis Professor, Collega Major S. Annæ Canonicus Zie-
lepolscianus ex Minori verò Il. Cl. & A. R. D. N. Mathias Fyl-
kowski Phil: Dr & Prfs Collega Minor, S.tæ Annæ Canoni-
cus Petritianus Alumnorb in Seminario Academico Dia-
cesano Crac Director.

Ad 3tium. Juxta Ordinationem recèns a 6 Illrmo &
Rndmo D. Hugone a Kollątay Canonico Cath: Crac.
ai Supremo Commissionis Educationis Regni Magistratu
ad Univtem Crac Delegato constitutam, & in Libro Con-
vocationum Boni Ordinis appositam acceperunt ad do-
cendum ex Cathedris Professoralibus.

Perillustris Cl. & A. R. D. N. Adamus Jagielski
Phil: Doctor ejusdemque & Regius ac Matheseos Prfs Collegiata
S. Annæ Præpositus Tertiam Classem Mathe
seos.

Peril: Cl. & A. R. D. N. Josephus Szabel Philosophiæ
Doctor ejusdemq Regius ac Matheseos Prfs, Collega
Major, Ecclesiarum Collegiatarum Sandecensis Præ-
positus, S. Annæ Archidiaconus, Ilcusiensis Præpo-
situs, Scholarum Palatinarum Præfectus Secundam
Classem Matheseos.

Illust: Cl. & A. R. D. N. Joannes Nepomucenus
Trąbski, Phil: Doctor, ejusdemque Prfs Collega Major
S. Annæ Canonicus Zielepolscianus Historiam Natu-
ralem.

Perill: Cl. A. R. D. M. Petrus Rydulski. Phil: Doctor ac Profr. Regius, Collega Major, Ecclesiarum Collegiatæ S. Annæ Cancellarius, S. Stephani Præpositus, Seminarii Academico Diœcesani Vice-Præfectus Physicam

Perill: Cl. A. R. D. M. Andreas Znaczeński Phil: Doctor, ejusdemque ac Matheseos Prfi Collega Major, Ecclesiarum Collegiatarum S. Georgii in Arce Cracoviensis Custos, S. Annæ Canonicus Petritianus Primam Classem Matheseos.

Il. Cl. A. R. D. M. Sigismundus Wrzynski Phil: Doctor ac Prfi Collega Minor, in Biały Kościół Lyceus. Oratoriam.

... Cl. D. M. Josephus Meyzel Phil: Doctor, ejusdemque ac Matheseos Prfi Collega Minor, Contubernii Jagellonici Senior, Quartam Classem Matheseos.

Il. Cl. A. R. D. M. Bonifacius Garycki Phil: Doctor ac Profr. Collega Minor SS. Oo. Crac. Canonicus Szeflerovianus in Curatus Moralem.

Il. Cl. A. R. D. M. Vincentius Smaczniński Phil: Doctor, ejusdemque Prfi Collega Minor, in Curatus Logicam ac Metaphysicam.

Il. Cl. A. R. D. M. Andreas Granicki Phil: Doctor ac Prfi Collega Minor, S. Annæ Canonicus Poëtam.

Absentes ab hac Convocatione erant M. M. Andreas Czuchi, Bonifacius Garycki, Vincentius Smaczniński, Antonius Komorowski, Laurentius Rubiński, Cantius Olpiński, Nicolaus Trudziński, Paulus de Camelin, Paulus Krzyżowski, Sebastianus Czochron, Adalbertus Jabłoński, Antonius Radzyński, Hyacinthus Przybylski, Bartholomæus Kasoński.

Convocatio 2.

Anno Dñi 1778. 28. 7bris extradita fuit Convocatio stylo & forma solitis ac celebrata ad accipiendas ex Ordine Horas cum Lectoriis pro Lectionibus per CC. ac EE. DD. Philosophiæ Doctores ac Profres instanti Anno Normali Scholastico tradendis.

Cui Convocationi dato loco, acceptæ sunt Horæ cum Lectoriis, ut in Libro Laborum & Boni Ordinis.

In hac Convocatione ex Statuti vigore semper Magnificus D. Rector Universitatis pro tempore existens Paternam Exhortationem invitatus per Officium Facultatis præmittere consuevit, quod hac Convocatione non est factum, cum stante Reformatione Facultatis Philosophicæ nunc, seu veriùs præparatione ad futuram Solennem ac Generalem totius Universitatis ac Facultatum Reformationem per Illustrissimum ac Reverendissimum D. Hugonem Kollaitay Canonicum Cathedralem Cras. à Supremo Educationis Juventutis Regni Magistratu Delegatum Convocationes Facultatis sub Præsidentia Ejusdem tum Regimine absolventur.

Convocatio 3.

Anno Dñi 1779. 1. Maji celebrata fuit Convocatio stylo & forma solitis extradita ad audiendas petitionem DD. Licentiatorum ad ultimam determinationem admitti postulantium, eligendumque

eis Promotorem & Fiscarium. Cui Convocationi dato loco, audita est petitio V. V. D D. Licentiator ad ultimam determinationem admitti postulantium, quibus in Promotorem simulatque Fiscarium electus est Il. Cl. A. R. D. M. Joannes Nepomucenus Trąbski Philosophiæ Doctor ejusdemque ac Historiæ Naturalis Professor, Collegiatæ S. Annæ Canonicus Zielopolcianus.

Convocatio 4.

Anno Dni 1779. Die 27. Julii celebrata fuit Convocatio stylo & forma solitis extradita ad eligendos DD. Examinatores istorum Juvenum, qui superius tentati, examen Baccalaureatus subire volentium. Cui Convocationi dato loco, proventi sunt duo Juvenes, iisdemque examen est tum peractum. Per Officium Facultatis implendum ac absolvendum si non fuerint plures quam tres, Candidati juxta anteriores Conclusiones, quo casu & Promotio erit privatim per Decanum absolvenda. Si verò fuerint plures electi sunt in Examinatores Illris Cl. A. R. D. M. Joannes Nepomucenus Trąbski ut supra ex Majori, ex Minori Cl. D. M. Josephus Meyzel ut supra.

Convocatio 5ta.

Anno Dni 1779. Die 3. Obris celebrata est Convocatio stylo & forma solitis extradita ad audiendam petitionem Magistri cujusdam Facultati incorporari volentis. Cui Convocationi dato loco, incorporatus est Facultati Excell. D. M. Hyacinthus Przybylski Phi-

losophiæ Doctor, 1o Classis in Scholis Palatinis Professor, qui licèt 17th. 11. Aprilis sit admissus ad eandem Incorporationem, sed hodiè Iuramentum explevit, & Iura Cancellariæ solvit. Cui Actus duo die & Anno sit dictum, assignati ad absolvendum renuntiati sunt.

Anno eodem & Die extradita fuit altera Convocatio stylo & forma consuetis 1o ad eligendum & investiendum Decanum Facultatis Philosophicæ pro futuro Anno Normali Studiorum ex 1779. in 1780. 2o. ad eligendum DD. Consiliarios pro eodem Anno Normali. Cui Convocationi dato loco feci Informationem Decanus Inclytæ Facultati, cui tam verò extradita sit Convocatio ad eligendum ac investiendum Decanum licet stante hac Reformatione Studiorum ac Visitatione Facultatis nondum etiam dies electioni ac inaugurationi Decani sit præfixus; nimirum quod in absentia Illrmi D. Delegati ante Vacationes dilata fuerit, qui licet ad Vota libera electionem Facultati Decani reliquerit, tamen nominationem ejusdem Decani sibi prius constare ac significari voluit, quemadmodum ita eidem significatum est Die Lesterna Anno currenti in Convocatione Boni Ordinis celebrata sub Præsidentia Ejusdem, ut inter Conclusiones Boni Ordinis spectatur. Item

est ad resolutionem punctorum. tandem, & ad Annum
reelectus sum ego idem. in Decanum concordibus vo:
tis Inclytæ Facultatis pro futuro Anno Normali à
1779. ad 1.m Octobris 1780mi. Deus Optimus faxit, at
stante hac rerum Innovatione ad Vota Inclytæ Fa:
cultati serviam grato animo semper, quæ me hac
præsertim rerum facie immeritum ac imparem di:
gnata est tanta benevolentiâ per unionem votorum
suorum, maximè cum longe alii præstantiores Ma:
gistri ex utroq; Collegio reperiantur, qui & in Philo:
sophicis & Mathematicis scientiis excellunt, de quo
plura in Convocationibus Boni Ordinis. Nempe cum
Cathedra Mathematica ac Philosophica juxta
lationem Studiorum prescriptam ab Illustrissimo
Delegato esset definito numero constituta, mihiq;
cum nulla conticiset, nullaq; vacaret, nulla permu:
taretur, his diebus, visum est Inclytæ Facultati me
interea officio Decani occupari, interim ego neque
Tertium neq; Quartum hunc Decanatum aliqua arte
colore, vel modo quæsivi, imo potius per vices detrectavi,
& Lectionem tradendam expectavi, quæ per Illmum
D Delegatum conferebantur, suscipiens autem Decani
munus, morem gessi licèt certis conditionibus tum Il:
mo Delegato, tum Inclytæ Facultati, cavens præju:
dicium quodvis.

Decanatu Quarto.

Ejusdem ut supra.

Convocatio 1.

Anno & Die ut immediatè sub eodem Actu Convocationis investitus & inauguratus sum in Decanum Facultatis Philosophicæ pro futuro Anno Normali Scholastico a 1. Octob. 1769 incepto, & 1780 finiendo eadem Die Mensis ejusdem, itumque est ad resolutionem sequentium punctorum. Ad 2dum Electi sunt in Consiliarios Facultatis Philosophicæ ex Collegio Majori Perillus Cl. & A. R. D. N. Petrus Rydulski Philosophiæ Doctor, ejusdemque ac Physices Mechanicæ Ordinarius Professor, Collegiatæ Majoris Ecclesiarum Collegiatæ S. Annæ Cancellarius, Parochialis S. Stephani Præpositus, Seminarii Academici Diœcesani Vice Præfectus ex Majori, vero Illus Cl. & A. R. D. M. Bonifacius Garycki Philosophiæ Doctor, ejusdemque Moralis Professor, Ecclesiarum Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracov. Canonicus Szeflerovianus, Parochialis in Curatus

Hoc Anno Convocatio Facultatis Philosophica ad accipiendas ex ordine Lectiones non fuit celebrata siquidem circa Professorales Cathedras, iidemqui & Anno elapso, Perillres, Illres CC. & AA. RR DD. Professores per Illmum D. Delegatum Visitatorem satis sunt publicè & in Convocatione, & per Cursoriam laudati, approbati, & ad ulteriùs

docendum præmiorum majorum declaratione
in Convocatione publica invitati tum ob laborem
indefessum, eximiam doctrinam & publicas Exercitationes ac Disputationes ex omnibus Lectionibus per omnes ac singulos Discipulos in præsentia Distinctissimorum Hospitum


Colour Chart #13
Blue
Green
Yellow
Red
Magenta
White
DANES PICTA .COM


Colour Chart #13
Blue
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color


Colour Chart #13
DANES PICTA .COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


Centimetres
Colour Chart #13
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
DANES PICTA .COM

Inches
Centimetre
Colour Chart #13
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
DANES PICTA .COM


Colour Chart #13
Blue
Green
Yellow
Red
Magenta
White
DANES PICTA .COM


Inches
Centimetre
Colour Chart #13
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color